

230  
situm est in finibus Samnie: juxta Vulturno flumine ubi Ven: Vir Josue  
Abbas, custos esse videtur, curtem nostram quam habemus in finibus terri-  
torio Benefrano cum inditis terris, et montibus uno se tenente, et vocatur  
terra ipsa cicerano per hos fines: 1.<sup>a</sup> parte (viagine qui nominatur Raven-  
notia, unde per tempus aqua decurrit: 2.<sup>a</sup> parte jamde fluvio Vulturno: 3.<sup>a</sup>  
parte via, et silice, et quomodo ascendit viagine usque in ciliam montis  
de opia curte pertinente: 4.<sup>a</sup> vero parte terras, et montes duplici. Ideo in  
jamde Monasterio concessimus in integrum jamdictas terras, et montes per  
jamdictas fines possidendam in ea cum ratione, ut amodo, et deinceps per  
hoc nostrum roboratum Preceptum ut superius leguntur ibi jamde Josue  
ven: Abbati atque Successoribus, et Receptoribus vestri Monasterii securiter ha-  
bere, et possidere valeatis: ita ut a nullis ex nostris judicibus, id est comitibus,  
seu Castellanis, vel a quibuscunque hominibus non habeatis de predictas ter-  
ras, et montes, aliquam requisitionem, sed perpetuis temporibus possideatis.  
Quod vero Preceptum ex iussione nra potestatis scripsi ego Leo Notarius  
Benevento in sacro Palatio mense Aprilis, Indictione 3.<sup>a</sup> feliciter.

### De S. Maria in Loco sano servis & ancillis.

C. 61. tit. D. n. Scaniparga  
Ducis L. 6. 66.

**I**N nomine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi.  
Firmavimus nos gloriosissima domina Scaniparga, et dux  
vir gloriosissimus Luidprand summi Ducis Longobardo-  
rum, per rogum Eufemii Abbatis, et Gratianis nostrae in Mo-  
nasterio B. Marie Veneticis Domini nostri Jesu Christi quod fundatum esse  
dignoscitur in locum qui nominatur loco sano, ubi Alilecta Abbas ipsa regimen  
tenere videtur, hoc est condomas nomine Rondone cum uxore, filios, et filias  
suas, vel cum integra eorum pertinentia: et condomas nomine Canobus cum  
uxore filios, et filias, vel cum omnia sua qui habitare videntur in viviano:  
et condomas nomine Mauro cum uxore filios, et filias, seu germanos, vel cum  
omnia eorum pertinentia: condomas nomine Ansoald cum uxore filios, et filias  
seu germanos, vel cum omnibus rebus eorum qui habitare videntur in Puri:  
condomas nomine Maruald cum uxore filios, et filias, germanos, seu nepotes suos,  
vel cum omnia eorum pertinentia: condomas nomine marullo cum uxore filios,  
et filias seu germanos suos, vel cum omnia sua qui habitare videntur in iun-  
chi simul et condomas nomine Augustaldo cum uxore filios, et filias suas, vel  
cum